



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

23. Maji. Precandi studio deditis par periculum faciunt successus, & ariditas: illo proclive est, ut animus intumescat; hâc facilè ad tædium provocatur. S. Ignat. apud bart. l. 4. f. 379.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Illam in opibus peior servitus, dum con-  
 cervamus dona fortunæ, obnoxii sumus  
 malis gratiæ; temporalia quærimus, id est  
 gradus ipsi struimus, per quos in animam  
 damna, utinam! non æterna, præcipi-  
 mur.

Si opes propter Deum relinquere de-  
 rum esse non debet, secus divitiis, ut afflic-  
 tum cum vitiis nomen, ita par ab utriusque  
 mendum foret exitium.

23. Maji.

*Precedendi studio deditis par periculum faci-  
 unt successus, & ariditas; illo proclivis  
 est, ut animus intumescat; hæc facile  
 tedium provocatur. S. Ignat. apud Bar  
 l. 4. f. 379.*

**N**ullam rem magis, quam oratione  
 mus; hæc vitæ melioris anima est  
 nec ulla tamen in re sæpius bonis mentibus  
 demon illudit. Sic optima maximis per-  
 culis sunt obnoxia.

Quæ sublimia, quæ præter ordinem  
 sunt, non pete; plus habent periculi, quam  
 emolumentum. Quidquid recedit à vulgari  
 accedit ad fastum. Medio tutissimus.

Quanti hostes orationis? distractio

nuñt, exsiccat ariditas, curæ morantur, impedit dæmon, & quod mirandum magis, ipse successus corrumpit, & gustus enervat

Tunc oratio Deo grata, tibi utilis erit, si humilis, si à communi modo non degener, alienum potiùs ductum, quàm tuum sequatur appetitum. Non semper prodest, quod sapit.

24. Maji.

*Non sumus domini corporis, sed Deus; ideo ejus afflictiones unâ singulis mensurâ dividendi non possunt. S. Ignat. ap. Bart. l. 4. f. 381.*

**U**T domini non sumus corporis, ita servi esse non debemus, nec ejus parendum cupiditatibus, nec necessitatibus aliquid subtrahendum.

Nobilis jumentum curam nobis impositam credamus; foveri debet, non ultra modum, ne recalcitret; nec infra, ne oneribus impar succumbat; sentiat calcaria, ne otio torpescat, sed & fræno revocetur à præcipiti cursu ad quietem.

Faciliùs est flagris verberare corpus, quàm ferocem flectere voluntatem; cingi hispido cultu tam durum non est, quàm si